

### Textdossier (3)

#### 19. *Cod. Theod. 16.10.1pr.* (320/21 Dec. 17)

IMP. CONSTANTINUS A. AD MAXIMUM. si quid de palatio nostro aut ceteris operibus publicis degustatum fulgore esse constiterit, retento more veteris observantiae quid portendat, ab haruspicibus requiratur et diligentissime scriptura collecta ad nostram scientiam referatur, ceteris etiam usurpanda huius consuetudinis licentia tribuenda, dummodo sacrificiis domesticis abstineant, quae speci-aliter prohibita sunt. (1) Eam autem denuntiationem atque interpretationem, quae de tactu amphitheatri scripta est, de qua ad Heraclianum tribunum et mag. officiorum scripseras, ad nos scias esse perlatam. DAT. XVI KAL. IAN. SERDICAE; ACC. VIII ID. MAR. CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS.

#### 20. *Zosim. 4.36.3-5*

Καὶ ἔτυχε τούτου Νομᾶς Πομπήιος πρώτος, καὶ πάντες ἔξῆς, οἵ τε λεγόμενοι ρήγες καὶ μετ' ἐκείνους Ὀκταβιανός τε αὐτὸς καὶ οἱ μετ' ἐκείνον τὴν Ῥωμαίων διαδεξάμενοι μοναρχίαν· ἅμα γὰρ τῷ παραλαβεῖν ἔκαστον τὴν τῶν ὄλων ἀρχὴν ἡ ἴερατικὴ στολὴ παρὰ τῶν ποντιφίκων αὐτῷ προσεφέρετο, καὶ παραχρῆμα ποντίφεξ μάξιμος ἀνεγράφετο, ὅπερ ἐστὶν ἀρχιερεὺς μέγιστος. (4) Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες αὐτοκράτορες ἀσμενέστατα φαίνονται δεξάμενοι τὴν τιμὴν καὶ τῇ ἐπιγραφῇ χρησάμενοι ταύτη, καὶ δὴ καὶ Κωνσταντίνος ἐπειδὴ εἰς αὐτὸν ἤλθεν ἡ βασιλεία, καὶ ταῦτα τῆς ὁρθῆς ὄδον τῆς περὶ τὰ θεῖα τραπεῖς καὶ τὴν Χριστιανῶν ἐλόμενος πίστιν, καὶ μετ' ἐκείνον ἔξῆς οἱ ἄλλοι καὶ Οὐαλεντινιανός τε καὶ Οὐάλης. (5) Τῶν οὖν ποντιφίκων κατὰ τὸ σύνηθες προσαγαγόντων Γρατιανῷ τὴν στολὴν ἀπεσείσατο τὴν αἵτησιν, ἀθέμιτον εἶναι Χριστιανῷ τὸ σχῆμα νομίσας· τοῖς τε ιερεῦσι τῆς στολῆς ἀναδοθείσης φασὶ τὸν πρώτον ἐν αὐτοῖς τεταγμένον εἰπεῖν „εἰ μὴ βούλεται ποντίφεξ ὁ βασιλεὺς ὄνομάζεσθαι, τάχιστα γενήσεται ποντίφεξ μάξιμος.“

#### 21. *Aur. Vict. Caes. 39.17f*

... Maximianum statim fidum amicitia quamquam semiagrestem, militiae tamen atque ingenio bonum imperatorem iubet. (18) huic postea cultu numinis Herculio cognomentum accessit, uti Valerio Iovium; unde etiam militaribus auxiliis longe in exercitum praestantibus nomen impositum.

#### 22. *Lact. Mort. Pers. 52.3*

Ubi sunt modo magnifica illa et clara per gentes Ioviorum et Herculiorum cognomina. quae primum a Dioclete ac Maximiano insolenter adsumpta ac post-

modum ad successores eorum translata vigerunt? Nempe delevit ea dominus et erasit de terra.

**23. CIL 8.18230**

Iovi et Her[c]uli  
 comitibus Imp(eratorum) m(aximorum?)  
 Diocletiani et  
 Maximiani Augg(ustorum)  
 Constanti et  
 Maximiani

**24. Cod. Theod. 16.10.12 (392 Nov. 8)**

IMPPP. THEODOSIUS, ARCADIUS ET HONORIUS AAA. AD RUFINUM PRAEFECTUM PRAETORIO. nullus omnino ex quolibet genere ordine hominum dignitatum vel in potestate positus vel honore perfunctus, sive potens sorte nascendi seu humilis genere condicione ortuna in nullo penitus loco, in nulla urbe sensu parentibus simulacris vel insontem victimam caedat vel secretiore piaculo larem igne, mero genium, penates odore veneratus accendat lumina, imponat tura, serta suspendat. (1) Quod si quispiam immolare hostiam sacrificaturus audebit aut spirantia exta consulere, ad exemplum maiestatis reus licita cunctis accusatione delatus excipiat sententiam competentem, etiamsi nihil contra salutem principum aut de salute quaesierit. sufficit enim ad criminis molem naturae ipsius leges velle rescindere, illicita perscrutari, occulta recludere, interdicta temptare, finem quaerere salutis alienae, spem alieni interitus polliceri. (2) Si quis vero mortali opere facta et aevum passura simulacra imposito ture venerabitur ac ridiculo exemplo, metuens subito quae ipse simulaverit, vel redimita vittis arbore vel erecta effossis ara cespitibus, vanas imagines, humiliore licet munera praemio, tamen plena religionis iniuria honorare temptaverit, is utpote violatae religionis reus ea domo seu possessione multabitur, in qua eum gentilicia constiterit superstitione famulatum. namque omnia loca, quae turis constiterit vapore fumasse, si tamen ea in iure fuisse turificantum probabuntur, fisco nostro adsocianda censemus. (3) Sin vero in templis fanisve publicis aut in aedibus agrisve alienis tale quispiam sacrificandi genus exercere temptaverit, si ignorante domino usurpata constiterit, viginti quinque libras auri multae nomine cogetur inferre, coniventem vero huic sceleri par ac sacrificantem poena retinebit. (4) Quod quidem ita per iudices ac defensores et curiales singularum urbium volumus custodiri, ut illico per hos comperta in iudicium deferantur, per

illos delata plectantur. si quid autem ii tegendum gratia aut incuria praetermit-tendum esse crediderint, commotioni iudicariae, subiacebunt; illi vero moniti si vindictam dissimulatione distulerint, triginta librarum auri dispendio multa-buntur, officiis quoque eorum damno parili subiugandis. DAT. VI ID. NOV. CON-STANTINOPOLI ARCADIO A. II ET RUFINO CONSS.

**25. Novell. Theod. 3.8 (438 Ian. 31)**

Hinc perspicit nostra clementia paganorum quoque et gentilis inmanitatis vigi-liam nos debere sortiri, qui naturali vesania et licentia pertinaci verae religionis tramite discidentes nefarios sacrificiorum ritus et funestae superstitionis errores occultis exercere quodammodo solitudinibus dedianuntur, nisi ad supernae maiestatis iniuriam et temporis nostri contemptum eorum scelera professionis genere publicentur. Quos non promulgatarum legum mille terrores, non denun-tiati exilii poena compescunt, ut, si emendari non possint, mole saltem crimi-num et inluvie victimarum discerent abstinere. Sed prorsus ea furoris peccatur audacia, iis inproborum conatibus patientia nostra pulsatur, ut, si oblivious cupiat dissimulare non possit. Quamquam igitur amor religionis numquam pos-sit esse securus, quamquam pagana dementia cunctorum suppliciorum acerbita-tes exposcat, lenitatis tamen memores nobis innatae trabali iussione decrevi-mus, ut, quicumque pollutis contaminatisque mentibus in sacrificio quolibet in loco fuerit comprehensus, in fortunas eius, in sanguinem ira nostra consurgat. Oportet enim dare nos hanc victimam meliorem, ara Christianitatis intacta ser-vata. An diutius perferemus, mutari temporum vices irata caeli temperie, quae paganorum exacerbata perfidia nescit naturae libramenta servare? Unde enim ver solitam gratiam abiuravit? unde aestas messe iejuna laboriosum agricolam in spe destituit aristarum? unde hiemis intemperata ferocitas ubertatem terra-rum penetrabili frigore sterilitatis laesione damnavit? nisi quod ad inpietatis vindictam transit legis suae natura decretum. Quod ne posthac sustinere cog-a-mur, pacifica ultione, ut diximus, pianda est superni numinis veneranda mai-estas.